



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm  
Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciae Liber vnus**

**Sanderus, Antoine**

**Antverpiae, 1625**

Amelia. Teneramundae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10172**

merito fuit Jvna cum Wilhelmo Episcopo Tornacensi die festum sibi instituisse anno 1331. in monte Blandinio autem frequentior eius fuit memoria, unde in Martyrologio legitur. Sexto Kal. Nouembris in Blandinio Aduentus Corporis Sanctissimæ Virginis Christi Amelbergæ Decimo tertio Kal. Iunij in Blandinio translatio Corporum Sanctorum, Gudwali Bertulfi cum reliquijs S. Virginis Amelbergæ. Kalendis Maij in Blandinio monasterio translatio Corporis Sanctissimæ virginis Amelbergæ. In picturis pedum vt Abbatissa, quandoque etiam palmam ceu virgo, gestat. Sub pedibus piscem habet, vulgo sturionem dictum quem alij acipenserē vocant. His enim piscibus nauem comitantibus, fertur corpus eius d' uino nutu, aduerso flumine vectum esse. Vitam eius scripsit S. Radbodus vltrajectinus Episcopus numero XIV. ex regia Frisorum ac Francorum stirpe, vir spiritu Prophetico clarus. Scripsit & eandē Theodoricus Abbas ad S. Trudonem Ord. S. Benedicti in dioccesi Leodiensi ex Monacho Blandiniensi, vti rectè notauit Valerius Andreas in Bibliotheca Belgarum.

### A M E L I A.

*Teneramunde.*

**V**irgo Swiuekana iuxta Teneramundam spiritu Prophetico donata fuit, ait Harduynus in M. Sc. Sanctorum Flandriæ indiculo.

### A T T A

*Abbas Blandiniensis & Vedastinus.*

**A**T T A Monachimum Gandau in monte Blandinio cōplexus ad exemplum multorum sanctissimorum patrum